



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cvrsvs Theologici ...**

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. IV. Quid de actu censendum, qui bonitatem in objecto non advertit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**



Quid dicendum quando simul cum bonitate, aliquid malitia apparet in objecto.

Res hac ex his declaratur.

II. Quid sentiendum quando dubium est, utrum malum præponderet bono.

III. Quid quidam sentiant actus malus versus bonum, ita & actus bonus versus malum.

IV. Quid odium objecti boni est prosecutio objecti mali, & e contra.

Quid de privationibus existimandum.

actus bonus: e contrario si malum præponderet, erit actus malus. Exempli gratia: actus quo quis vellet fures mulctari morte à Magistratu ad Iustitiam & pacem in republica servandam, est actus bonus & honestus: actus verò quo quis vellet eos privatà auctoritate occidere, esset malus; licet enim bonum sit reipublica ut fures ex eâ exterminentur, privatà tamen auctoritate velle eos occidere malum est, & plus inde provenit damni reipublicæ, quàm boni, ex eo quòd fures occidantur, cum hinc major sequatur deordinatio, si quis munus & officium magistratus usurpet. Idem suo modo est de furto, etiam quando res furto ablata est magis utilis furi, quàm domino, & similibus, in quibus semper spectandum, quid omnibus consideratis sit ad vitam humanam melius, & simpliciter præponderet.

Quia verò nonnunquam contingit, ut in quibusdam objectis, non satis clarè constet utrum malum præponderet bono: dubium propterea est, an objecta illa sint mala: quod affirmant aliqui, alii negant: utrum autem aliqua objecta sint in se tam levia, ut quamvis licita, qualia sunt levare festucam, captare muscas, & alia huiusmodi, non tamen afferant bonum aliquod proportionatum naturæ rationali, sed solum sint indifferentia, & consequenter utrum dari possint actus aliqui indifferentes videbimus postea.

Dices: potest actus malus versari circa objectum bonum, ergo & actus bonus circa objectum malum; quæ enim major unius ratio, quàm alterius? antequam probatur: odium Dei versatur circa Deum. Confirmatur primò: actus penitentia versatur circa peccatum, objectum malum. Confirmatur secundò: saltem non est necessarium, ut objectum in quod fertur actus bonus, sit bonum bonitate Physicæ; actus enim honesti feruntur frequenter in negationes & privationes, quæ tamen nihil in se habent bonitatis Physicæ, sed e contrario illam ex universo tollunt.

Ad argumentum cum primà confirmatione dico, odium objecti boni esse prosecutionem alicujus objecti mali, & e contra: unde odisse Deum, & peccata, est velle eorum non esse. Quod si quis contendat, possibile esse puram fugam, tunc intelligenda est conclusio solum de actibus prosecutivis. Ad secundam Confirmationem Respondetur privationes interdum esse hominibus bonas, vel malas Physicè, cum bonum sit carere malo, & malum bono orbari.

rumpere naturam, evertere ordinatam procreationem, & educationem liberorum, & alia huiusmodi.

Idem est de odio, invidia, vindicta, & similibus, qui actus quando versantur circa materiam malam, sine sufficiente advertentiâ, dicuntur materialiter mali, ob defectum verò advertentiæ non refunditur in actum malitia formalis. Quia tamen homicidium non est minus perniciosum proximo, aut fornicatio proli & naturæ, quando fiunt sine advertentiâ ad hanc malitiam, quàm cum illâ, verè est à parte objecti disconvenientia illa, ratione cuius censetur objectum simpliciter malum. Unde & in actibus istis hoc modo factis est indecèntia & difformitas fundamentalis ad rationem, licet formalis difformitas dicat actualem mensurationem rationis & considerationem reflectentem ad malitiam. Ut tamen actus sint hoc modo boni vel mali, debent esse à rectâ ratione in actu primo approbables. Aliud est de ratione meritorij & demeritorij in actibus tam bonis quàm malis, cum nec præmiium nec poenam mereatur is, qui se bonum vel malum facere non advertit. Sed de his iterum necessariò recurret sermo in materiâ de peccatis.

Dices: quidni operatio aliqua esse poterit bona quæ exercetur circa creaturam irrationalem, ut si quis ex affectu beneficentiæ cibum daret bestia famelicæ: sicut Sanctus Franciscus curavit pasci Lupum. Item si quis crudelitatem exerceret in bestiam, quidni esset actus malus; imò Lessius lib. 2. de iure & iustitiâ cap. 9. dubitatione 1. ait esse peccatum, saltem veniale, si quis bestiam aliquam innoxiam cruciaret sine causâ. Unde proverb. 12. v. 10. dicitur: *Novit justus jumentorum suorum animas, viscera autem impiorum crudelia.* Imò Deus ipse actus beneficentiæ erga bestias exercere videtur, ergo universim non sumitur bonitas & malitia actuum humanorum ab objectis quatenus respiciunt naturam intellectualem.

Propter hoc dicunt aliqui doctrinam supra positam, de bonitate & malità actuum ab objectis desumptâ in ordine ad naturam rationalem, intelligendam tantum esse per se loquendo, non tamen semper, ob rationem hic illatam. Dicit tamen potest, cum illud bonum pascendi bestiam in illis circumstantijs præponderet bono contrario, objectum illud decere naturam intellectualem, sicque etiam circa bestias exerceri posse actum honestum, ut scilicet in illo objecto relucet aliquid decens naturam rationalem.

II. Hi tamen actus sunt mali sicut materialiter.

In his actibus reperitur difformitas fundamentalis.

Aliud est de ratione boni, aliud de ratione meritorij.

III. Dices: Videtur quaedam opera bona & mala exerceri posse in creaturas irrationales; ergo actuum humanorum bonitas & malitas universim non est respectu naturæ rationalis.

IV. Resp. in bene vel male agendo, malum bestia, vel carere aliquid decens naturam rationalem.

SECTIO QUARTA.

Quid de actu censendum, qui bonitatem aut malitiam in objecto non advertit.

I. An bonus est aut malus, licet bonitatem aut malitiam quis non advertat in objecto.

QUÆRES: quando quis operatur, non advertens bonitatem aut malitiam in objecto, utrum actus sit bonus vel malus? Respondetur affirmativè: nec enim objectum desinit in se esse malum licet malitia non semper cognoscatur ab operante. Sic occisio hominis habet malum illud, quòd scilicet priver ipsum vitâ, & alia huiusmodi, quæ contra rectam reipublicam institutionem & gubernationem sunt, ac dignitatem naturæ rationalis, licet non semper quis actu ad isthæc advertat. Sic fornicatio semper disconveniens est naturæ humanæ, & simpliciter mala, quia est apta cor-

SECTIO QUINTA.

Quid sentiendum quando plures sunt rationes boni in objecto.

DICO cum S. Bonaventurâ, Scoto, Gabriele, & alijs, Vasquez hic d. 51. cap. 3. Salas, Cominck de actibus d. 4. estque communis sententia, ad bonitatem moralem in actum refundendam, non sufficere, quòd variz sint rationes boni in objecto, quæ materiali quodam modo terminent actum, idque licet cognoscantur, sed debet bonitas, quæ relucet in objecto appeti propter se, & quia taliter objectum est bonum Physicè, nec satis est quòd quomodocumque attingatur, etiam voluntariè.

I. Ad bonitatem moralem in actum refundendam, debet bonitas in objecto appeti propter se.

Unde;